

FLORES  
BIBLIAE  
SIVE LOCI COM-

munes omnium ferè ma-  
teriarum ex veteri ac  
novo Testamēto  
excerpti,

Atque alphabetico ordine digesti,  
nūncq; demum cōstigati.

IN VIRTUTI



LUGDUNI,  
APVD GVLIELMVM  
ROVILLIVM.

Facultatis L.P.M. eliae Colmant.  
Car. Delibarij. Ducaliorum.



FLOS CVLI OM-  
NIVM FERE MATE-  
riarum ex sacris Bibliorum li-  
bris excerpti atque ordine  
alphabetico digesti.

\* \* \*

*ABSTINENTIA.*

**V**IR siue mulier cum fecerint *Num. 6*  
votum, ut sanctificantur, & se  
voluerint domino consecra-  
re, a vino & omni, quod inc-  
ebriare potest, abstinebunt.

Tobias filium suum ab infantia timere *Tob. 1*  
Deum docuit, & abstinere ab omni peccato.

Iustus comedit & replet animam suam, *Prom. II*  
venter autem impiorum insatiabilis.

Anima saturata calcat fauum, anima esu- *27*  
riens, amarum pro dulci sumit.

Sapiens cor & intelligibile abstinebit *Eccles. 3*  
se a peccatis, & in operibus iustitiae suc-  
cessus habebit.

Beata terra, cuius principes comedunt in *10*  
tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam.

Initium vitae hominis abstinentia. *29*

Vtere, quasi homo frugi, his, quae tibi *31*  
missi

reputabitur tibi in peccatum, &c.

**Lxx. 27** Homo qui votum fecerit, & sponde-  
rit animam suam Dōo, sub aestimatione  
dabit precium.

**Num. 30** Si quis virorum votum Domino voul-  
rit, aut se constringerit iuramento, non  
faciet irritum verbum suum, sed omne  
quod promisit, implebit.

**Ibidem** Mulier si quipiam voverit, & se con-  
stringerit iuramento, quae est in domo pa-  
tris sui, & in estate adhuc puellari, si cognos-  
cerit pater votū quod pollicita est, & iu-  
ramentum quo obligauit animam suam,  
& tacuerit, voti rea erit, quicquid pollicita  
est, & iurauit, opere complebit.

**Zeb. 2.2** Rogabis cum & exaudire, & vota tua  
reddes.

**Psal. 75** Vouete & reddite Domino Dōo vestro.

**Pro. 20** Ruina est homini deuotare sanctos, &  
post vota retractare.

**Ecccl. 5** Si quid vouisti Dōo, ne moreris redde-  
re: displiceret enim ei infidelis & stulta pro-  
missio.

**F I N I S.**